Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica

Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 682



P.V.Ma.æthna: quæ a quibusdaȝ
Cornelio tribuitur.

Thna mihi ruptiq; cauis fornacib⁹ignes:
Et q̃ tam fortes voluāt incendia causę:
Qđ fremat impiū: qd raucos torqueat æstus
Carmē erit: dexter mihi carmis auctor apollo
Seu tibi dodone potior tecumq; fauentis
Seu te cynthos habet: seu delos gratior illa:
In noua pierio ꝓperent a fonte sorores
Vota: ꝑ insolitum phœbo duce tutius itur.
Aurea securi quis nescit sæcula regis:
Cum domitis nemo cererem iactaret in aruis:
Venturisq; malas ꝓhiberet frugibus herbas:
Annua sed sacræ complerēt horrea messes.
Ipse suo flueret bacchus pede: mellaq; lentis
Penderent foliis: & pingui pallas oliua
Secretos amnes ageret: cum gratia ruris
Non cessit cuiq̄ melius sua tempa nosse.
Vltima quis tacuit iuuenū certamina colchos.
Quis nō argolico defleuit pergamon igni
Impositā. & tristi natorum funere matrem.
Auersum ve diem: sparsum ve in semine dentē:
Quis nō periure doluit mendacia puppis
Desertam vacuo minoida littore questus
Quicqd in antiquū iactata est fabula carmen.
Fortius ignotas molimur pectore curas:
Qui tanto motus operi: quæ causa parennis
Explicet indensum flamas: & ructet ab imo
Ingenti sonitu moles: & ꝓxima queq;
Ignibus irriguis vrat: mens carminis hęc est.
Principio: ne quem capiat fallatia vatum
Sedes esse dei: tumidisq; e faucibus ignem
Vulcani ruere: & clausis resonare cauernis.
Festinantis opus nō est tam sordida diuis
Cura: neq; extremas ius est dimittere inertes
Sydera seducto regnant sublima cœlo.
Illa neq; artificum curant tractare laborē:
Discrepat a prima facies hæc altera vatū.
Illis cyclopas memorant fornacibus vsos:
Cum sup incudem numerosa in verbera fortes
Horrendū magno quaterēt sub pōdere fulmē
Armarētq; iouem. turpe ē sine pignore carmē:
Proxima viuaces æthnei verticis ignes

Domitii Calderini Cōmentarii in æthnam Virgi.

Oc virgilianum esse opus plerique ex auctoribus testantur: & Senec. in epistolis: adeo vt Nasonem non ob aliam causaȝ opus de æthna dimisisse affirmet: nisi ꝓpter Virgilium: queȝ iam scripsisse compertum habebat Cornelius Seuerus etiam ob eandem causam deterritus traditur. summa tamen opera est vt causam æthnei incendii referet. non qualē poetæ asserūt: sed quæ a summis poetis exposita sit Quis enim ignoret æthnam flagrantem adeo vt niues nequaq̄ cadere auctores existimauerint: atq; vt quinquagena & centena milia passuum arenas flamarum globos eructaret. ardet autem noctibus semper & miraculū igneum materiā tanto æuo sufficere patet. crater eius ambitu stadia. xx. fauilla taurominiū & catinum vsq; peruenire affirmant. Fragorē vero ad maronem & gemellos colles quocūq; modo tm̄ per noctem lucere: & splendentē apparere affirmauere a cacumine. Nam interdiu fumo & caligine obsidetur. Dodona. dodona epiri. siluas in qua oracula ꝑ columbas reddebantur: licet Herodotus mulierem quandam reddidisse affirmet. Phaselia in licia mons est ardens vt æthna quem Plinius appellat phasen ibidem. sicut & in patera apollo oracula reddebat hinc litias sortes alibi poetā appellasse affirmant. Cynthos. mons ē vbi Apollo etiam colebatur alibi insulam vnā esse cicladum legimus. Delos. delos insula in ægeo mari ducta qua dila. i. manifesta Apollinis responsa preberent. Securi regis. id est Saturni. Amnes secretos. quia tacite fluit oleum: & matrem intellige medeam. Diem auersum. tangit fabulam Atrei & Thiestis.

Sparsum in semine. tangit Cadmum q dentes seminauit draconis vnde nati sunt homines armati. posset etiam intelligi de iasone.

Quis non periure. tangit thesea qui Phædram sororem Ariadnes elegit in vxorem licet ipsi Ariadne iureiurando se eam in vxorē dicturum promisisset. Minoida. filiam Minois Ariadnem. Principio. in narrationis huius principio dicit se neq; executurum poetica figmenta sed tantum res physicas: ac causas veras ignium spirantium ex æthna resonare cauernis in secessu & remotione æthnæ subterranei sunt meatus adiram vsq; insulam: vbi Vulcanus cum aliis suis fabris fulmina fabricare dicitur hinc ictibus loca omnia resonat: vnde Virgili. Insula sicanum vixit latus æoliamq; erigitur lyparim fumantibus ardua saxis: Quam subter specus & Cyclopum exesa caminis Antra æthnea tonent. validiq; incudibus ictus. Sine pignore. id est ratione.

Proxima. id est tercia. Phælegæi. campi Phlegæi ideo sūt dicti quia ibi stant in copia maxima ignis. His natura secūdū multos auctores loquor q dicūt gigātes pedes habuisse serpentinos. Sinuat. curuat. Coacerua-



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0681
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG